



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Desiderio SS. Eucharistiam attraxit Monachus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

celebrarer ad populum, post elevationem, factus est extra seipsum, detulitq; eum spiritus ad illam mulierem in cella clausam, & contemplationi vacantem; que forte tunc miro desiderio communicandi teneatur, & sacra illi mysteria communicauit, sive in corpore, sive extra corpus, Deus scit; ab oculis quidem totius populi non discessit, donec ad seipsum reuersus ab illo pietatis officio reliquum missæ peregit. Hæc sunt verba scriptoris, ex eadem gente Iustiniana prognati, ac patritij Veneti, huius desiderij sancti vsum & fructum ostendentia. Nimirum quia amans suarum ouium Pastor Christus, etiam corpore simul vult pluribus, quantumuis distantibus, adesse, fecit etiam ipsum pluribus simul esse in locis Patriarcham: atque, ut desideria tantæ pietatis propagaret, vel ipsa miracula multiplicauit. Desiderat nimirum & Christus esse cum ijs, à quibus se videt desiderari. Eo autem praesente, quid deesse potest; cum in illo sint omnia? Antigonus II. pugnaturus contra Ptolomæi duces, cum dixisset Plutarch. in gubernator, multo plures hostium esse naues, Me ipsum præsentem. Antig. (inquit) contra quot naues opponis? Contra quot hostes nos Christum non opponemus, si quidem illum præsentem habeamus?

Habemus autem, si habere volumus; si dicimus: Desidero te nunc Thom de deuote ac reverenter suscipere: cupio te in domum meam inducere, qua Kemp. lib.4. tenus cum Zacheo merear a te benedici, ac inter filios Abraha compatri. Anima mea corpus tuum concupiscit, cor meum tecum uniri desiderat.

Magnes ferrum, ardens voluntas Deum attrahit. Cuius V I.  
etiam exemplum Bernardus de Lippa, prius Liuoniæ Abbas, postea Cæsar. lib.9.  
Episcopus, retulit, de quodam recens fidem, ac, paulo post, etiam c.37.  
ordinem religiosum professo, & eorum numero, quos Conuersos  
appellant. Ille, cum ceteris Monachis Eucharistiam porrigi vidis-  
set, sibiique idem non licere, vehementer doluissest, stans contra al-  
tare communicandi desiderio suspirauit. Et ecce pius Dominus, sine sa-  
cerdotis ministerio, de altari, per Sacramentum, descendere dignatus est,  
in os eius, qui mox hostiam aperto ore ostendens, & caussam tantæ gratie  
manifestans, cunctos, qui aderant, in stuporem conuerxit: eandem enim  
hostiam defuisse repererunt in altari. Adeò placet Deo desiderium  
piorum. Desiderat desiderantes; &, qui illum accedere non pos-  
funt, eos ipse accedit: quia voluntatem timentium se facit.

Pf. 144.19.

Quod etiam, in Senensi Catharina, conspicuum fuit. La- V II.  
borabat illa iliaco aliquando malo: sed, quia doloris remissionem D. Anto-  
spera-